

stinctione vocum ambiguarum e. g. distinguo inter $\tau\acute{o}$ credere. Sumitur n. in Majore pro fide salvificâ: in Minore pro fide *hystorica*. 2. *Restrictione* seu *limitatione* per *Vocis adjectionem*. ut: quicumq; credunt fiducialiter in Christum, illi salvantur. Atq; sic negatur Minor. &c.

CAPUT II.

SEQUITUR *Elenchus integræ Orationis*, quæ integræ orationis ambiguitate fallit, & vel è Phrasi seu constructione, & totâ oratione nascitur, *Amphibolia*.

Annotatio.

Amphibolia dicendum, non uti quidem *Quintiliano* dicitur, Amphibologia, sicuti & ipsi *Aristoteli* semper prius nomen in usu est. *Scheiblerus* Tract. Syll. c. 17. art. 2.

Est autem *Amphibolia* captiosa argumentatio, quum eadem oratio geminam admittit constructionem v. g. activam & passivam. ut: *vellem me capere hostes*. Ubi duplex sensus: 1. *vellem me capi ab hostibus*. 2. *vellem hostes à me capi*. Sic *Patrem filium*